

Stephanus Galdeti

⟨Note de causatione voluntatis⟩

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress

09.10.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

⟨Note de causatione voluntatis⟩

|| De causatione voluntatis, quia si causat actum suum idem agit in se ipsum quod falsum, quia “semper agens prestantius est passo”. P1 127v

Item, capitur ille qui est respectu voluntatis tanquam obiecti, sequitur
5 quod illum causat naturaliter et libere, quod videtur implicare.

Istud considera: quomodo habet sic dicendum.

Item, ista contraria videtur bona: hoc agens agit in hoc naturaliter, igitur ab hoc patitur passum naturaliter, modo obiectum, ut conceditur, agit naturaliter.

10 Item arguebatur ex concursu Dei voluntatem non esse liberam, quia causa libera est que cum omnibus positis necessariis stat illam agere et non agere, posito autem concursu. Et si dicatur quod ille concursus ponitur contingenter, ita etiam dicam agens naturale agere libera, quia requisita ad actionem potest non ponere.

15 Item, si cognitio aliquid facit, tunc ipsa remissa voluntate tantum conaret ad actum ut prius non fiet tantus actus, ut videtur. Si ad implendum precepta requireretur caritas, sequeretur quod in casu aliquis occurrente oportunitate et tempore pro quo tenetur implere preceptum nec transgrederetur ut adimpleret. Patet de illo qui caret caritate, tamen
20 cessat ab interfectione inimici.

Item, sequeretur quod precepta negativa supponerent affirmativa, et per consequens sicut pro semper obligatur homo ad negativa, ita ad affirmativa.

Item, quod aliquid pro tota vita sua fuit nec implevit preceptum
25 nec transgressus est, et per consequens numquam fuit obligatus ad implendum. Patet de illo qui numquam habuit caritatem, nec tamen interfecit.

3 ipsum] vel *add. sed del. P1*

11 est] *qua add. sed del. P1*